Reverend^me Pater Adm^e Prone colend^me

Compensavit abunde expectationem meam praesens R^{da}
P^{ris} V^{rae} epistola supra merita mea solitam R^{dmae}
P^{ris} V^{rae} demonstrans bonitatem in sumptis fatigati-
onibus ad meas preces indignas. Et quidem quoad
repertam syngrapham aenigmaticam circa cuius solu-
tionem occultae artis felicitatem gratulor R^{mae} P^{ri} V^{rae};
et invidere Aegypto incipio novum augmentum, certe
si resciverit P^r Procurator Soc: Jesu in sua cadet opi-
nione, et iam desinet Schlingen agere. Ego tamen fortuna-
tum me credidissem si syngrapham hanc aut in Ill^{mi} D.
aut in mea epistola reperissem, cuius transmissionem
itenim exoro. Adm^o Grata reperi hac posta notitiam
de servitii directione; scribo proinde ad D^{num} Zabrzeski
ut collatis cum R^{dma} P^e V^{ra} consiliis hoc servitium
expediatur, prius tamen notitia de eo recepta neces-
saria foret.
De avena meditari an avenam, nondum aptum esse vide-
tur tempus, cum nescimus quo Turcus dicerret licet
eum minime timeamus ad numerosum satis Exercitu
Seren^{mi} Regis V^{ri} Saxonum complectentem, qui castra
sua ad claram tumbam vulgo Mogila uno hinc milia-
ri posuit. Exercitus etiam Regni in dies expectatur,
tormentorum bellicorum ingens vis et numerus in ca-
stris reperitur omnisque bellicus apparatus, certe iam
victoriam et triumphum ante pugnam canere possi-
mus. Cras credo benedicet Ill^{mus} D^{nus} Seren^{mum} Regem
ad castra profectionem.

Gratulor etiam gratum spectaculum Rnd^me D^i V^ræ Chama
leonticam videlicet transmutationem uxoris Szrobecki
aliarumq laetam comparitionem ex quibus Stanislai uxor
si petient, poterit claritate Rnd^mæ D^nis V^ræ gaudere. Quia
vero tam fidelis posta est in deferendis Epistolis ad Rnd^m
D^em V^m et per eius manus feliciter epistolæ suas repe
riunt dextras. ideo ego quoq sumo eam audaciam ut
præsentes epistolas in majorem Poloniam summitti omnes
interceptæ aut deperditæ sint quas hactenus eò direxi
per manus Rnd^mæ D^nis V^ræ dirigam; Rogo humiliter
Rnd^m D^em V^m dignetur easq commendatas reddere Po-
stæ Varsaviensi Lesnam dirigendas; summarum pro hac
gratia debitorem me recordabor obligationum.
D^nus Cancellarius noster exorat Rnd^m D^em V^m una me
cum, ut dignetur Rnd^ma D^nis V^ra D^no Augustino
insinuare, quatenus ille Nobilem illum cuius deposito
ephippium et crates argenteus apud Rnd^m D^em V^m haben
tur, compellare ut deponat in numerata pecunia in
manibus Rnd^mæ D^nis V^ræ saltim Talleros in specie 60
ad expensas modernas Rnd^mi D^ni Szaniawski, unde
ob defectum pecuniarum ingens damnum emersurum est
eidem D^no Szaniawski.
His expositis ad stimulum postæ abeuntis contrahere
cogor calamum, non tamen debitum meum retraho
profitendi me quod sum perpetuo
Rnd^mæ D^nis V^ræ Deuinct^mus et obliga^mus Servus
F. Liberwic.
Cracoviæ Q. 8 July
1702